



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

De phantasia. cap. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

corpore, nihil nisi à phantasia subministratum A
comprehendit. Hic est cognitionis nostræ ordo,
hic cognoscendum virtutum nexus: ut præsen-
tia objecta sensibus primùm hauriantur atque in
cognoscentem transferantur: à sensu mox ad phan-
tasia[m] traducantur: ab hac demum intellectui
proponantur.

Philoponus autem cum hypolepsim audit sine
phantasia non esse, id intelligi vult de cognitione,
quæ ex sensibus vel particularibus habetur. Alio-
qui de diuinis absque illa haberi potest. Quæ in-
terpretatio neque Aristotelis consentanea est, ne-
que vera. Aristoteles enim absolute & generali-
ter, tum hoc loco, tum aperte magis in tex. 50. B
& 39. lib. 3. hunc locum exponens omnino dixit,
nihil inquam nos sine phantasia[m] intelligere.
Atque in diuinorum quoque ac spiritualium entium
cognitione vitur phantasia; dum ea ad
modum corporeorum phantasmatum nobis effin-
gimus; etsi post ratio lectus habere illa diiudicat.

Quod apud Aristotelē quoque reperies in lib. de
mem. & remin. cap. 1. Accidit, inquit, eadem pas-
sio in intelligendo, quæ & in describendo. Ibi-
enim nulla vienes quantitate trianguli determi-
nata, finitum tamen secundum quantitatem de-
scribimus. Et intelligens similiter, etsi non in-
telligit quantum, ponit tamen ante oculos quan-
tum: intelligit autem non quatenus quantum est.
Neque enim cur phantasia vtatur, ea est ratio;
quod res cognoscenda sensibus sint aut particula-
res: verum id ex facultatū nexu & ordine petitur,
atque intellectus nostri coniunctione cum corpore
& sensibus eius. Quæ de realibi plura. Nunc
verè à Simplicio dictum obseruabis, sensum com-
paratione phantasia, & phantasia[m] compara-
tione existimationis aut cognitionis esse tanquā
id, sine quo non: cogitationem autem vel existima-
tionem comparatione phantasia, hancque
rursus comparatione sensus, esse velut finem &
ἐπιθυμῶν, hoc est superinductum quidpiam. D
Vnde illorum distinctio apertè cognoscitur.

Minabitur autem non immeritò quispiam,
cur cum phantasia[m] dixisset philosophus à dianæa
diuersam esse; non item subiunxit, sine ea tamen
dianæam non esse; sed hypolepsim potius nomi-
nauit. Has arbitror fuisse causas. Primùm, vt dia-
næam & hypolepsim ostenderet actiones diuer-
sas significare, & ad eandem tamen intelligen-
tem facultatem pertinere. Deinde quoniam, vt
ait Simplicius, simul insunt rationali actioni, modò
vnà, modò altera. Tum verò vt faceret transitū ad
phantasia[m] quoque ab hypolepsi distinguendam.
Quam distinctionem consequentibus exponit
verbis. Demum quia dianæa ratiocinationem vel
inquisitionem ab vno ad aliud, hypolepsim iudi-
cium vel terminum motus & comprehensionem
significat. Terminique & comprehensionem
maluit secundo loco, quàm motum & inquisitio-
nem accipere: tum quia potior est; eoque ac-
cepto vtique quodammodo accipitur: tum vt ab
vtroque diuersam esse phantasia[m] exponeret. Ex
hoc verò magis confirmatur id, quod antea pro-
batum fuit, intellectum à sensu diuersum esse.
Nam si phantasia quoque à sensu discrepat, eaque
inter sensum & intellectum intercedit; multò
magis apparet intellectus à sensu diuersitas & di-
stantia.

TEXTVS.

Ὅτι δὲ οὐ ἔστιν ἡ αὐτὴ φαντασία καὶ διαίτη, ὡς ἀπέχθη ἔστι
τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ πρὸς τοὺς ἰσθμῶς ἡμῶν ἔστι, ὅτι καὶ βυλῶν ἰσθμῶς
καὶ ὁμοίων ἰσθμῶς, ὅτι οἱ ἐν τοῖς ἰσθμῶσι πρὸς τοὺς καὶ ἐν
ἰσθμῶσι οὐκ ἔστιν ὁμοίωτες, ὅτι ἔστιν ἡ αὐτὴ φαντασία καὶ ἡ διαίτη
ἢ ἀλλοτρίωτες.

Eandem autem non esse phantasia[m] & existimatio-
nem, conspicuum. Hic enim affectus penes nos est
quando volumus. Quoniam integrum est ante oculos po-
nere: quemadmodum qui in memoriæ locis po-
nunt & simulacra fingunt. At opinari non in nobis.
Etenim falsum aut verum dicere necesse.

COMMENTARIVS XLV.

Quorsum hæc oratio spectet, pluribus dicere
nō est opus. Quod enim in superiorib⁹ verbis
asseruit, phantasia[m] à sensu & dianæa seu hypo-
lepsi, hoc est ab intellectu diuersam esse, probare
aggreditur. Ac primùm ostendit ab intellectu dif-
ferre. Nam quod Philoponus opinionem cre-
didit hypolepsim appellari, opinionemque & phan-
tasia[m] differentiam probari, superioribus min⁹
consentit. Nec video cur Aristotelem vocibus
abusum fuisse dicamus: Cum hypolepsim prop-
riè cum Simplicio rationale[m] omnem cog-
nitionem interpretari liceat. Etsi enim hypolepsim
post in ἰσθμῶς, existimationem in opinionem mu-
tet, opinionem tamen pro existimatione dicit.
Neque, cum opinio existimationis species sit,
nouum est pro genere speciem ponere.

Phantasia[m] igitur, si pro actione sumatur,
ab omni rationali notitia, si verò pro facultate,
ab intellectu diuersam esse, duobus argumentis
demonstratur. Alterum est, Hic affectus, phan-
tasia[m] scilicet operatio, in nostra est potestate;
non quòd imaginatio omnis penes nos sit. Naque
tum inter vigilandum, tum inter dormiendum,
nolentibus nobis aut certè non volentibus inci-
dunt multa. Propterea non dixit imaginandi nos
dominos esse, aut in nobis esse non imaginari
quando nolimus: sed solum penes nos esse ima-
ginari quando volumus. Quoniam imaginatio-
nes plurimæ, vbi libitum fuerit, exprimi que-
unt à nobis, nec aliunde pendent. Et quando-
cumque voluerimus, fingere possumus quarum-
cumque rerum absentium imagines, & eas nobis
quasi præsentibus ob oculos ponere. Quemadmo-
dum illi faciunt, qui artificiosa vtuntur memo-
ria. Locos hi & simulacra diuersarum rerum si-
bi proponunt, ac per diuersa loca distribuunt,
hic vnā ponentes nauem, ibi vnā domum,
alibi vnū canem, vnū montem, vnā arbo-
rem; vt aliud quiduis eiusmodi. Vt eorum in-
spectione ad aliarum rerum recordationem iu-
uetur memoria. Et omnino, inquit Simplicius,
cum recordari volumus, sæpius circa figuram
agimus. Et Philoponus ὑπομνηστικῶς eos appellari
ait, qui ex sensibus typos accipiunt. Nimirum

Phan-
tasia[m]
ab in-
tellectu
differre.

Memo-
ria ar-
tificiosa.

Cogni-
tionis
ordo.

An
Phan-
tasia
intelli-
gendo
semper
necessa-
ria.

Dianæa
ἐπιθυ-
μῶν
quid.

ita placuit exponere id, quod Aristoteles dixit (ειδωλοποιήτης) nempe τῆς ἀνεπιφανήσεως, eos qui effingunt quidpiam. Eiusdem actionis exemplum pictores quacumque forma animal in tabula ponentes adfert Themistius. Sic n. phantasia vsu absentis hominis, quem aliquando vidimus imaginem nobis effingimus: & quodcumque volumus, imaginem auri proponimus, montis, equi, tauri, hirci, cerui, alteriusve cuiusvis rei. Immo eas sæpè coniungimus, hominem aureum, aut montè efformantes aureū, vel hypocentaurū hircoceruum, tricripites tergeminosque homines, vt fictum in fabulis Geryconem: aut alatos. Vt Botex filios, Zetum & Calain; aut alia quæcumque nobis occurrerent; siue sint, siue non sint; siue esse possint, siue non possint.

Phan-
tasia eius
est ope-
ratio.

Cur non solum præsentia, sed absentia quoque effingat sibi & velut præsentia proponat phantasia, ex propria prouenit illius facultatis virtute; quæ cum intellectu communis illi est. Neutra, n. facultas præsentem obiecto indiget; sed ambæ, quod sensui semel præsens fuerit, possunt post absens quoque cognoscere, à seipsis intrinsicè ad cognoscendum excitata. Et idè ambæ νόστος nomine continentur: atque hoc ipso in loco Philoponus & Simplicius non phantasia, sed νόστος legentes phantasia interpretantur. At cur phantasia non solum ea, quæ sunt; sed ea item, quæ non sunt; nec vera modò, sed falsa effingat, perindeque sibi proponat: ea nimirum est causa, quòd sine assensu operetur, atque in sola imaginum formatione versetur; nequaquam iudicans, num ea veræ sint, an falsæ; num rerum, quæ sunt, an fecus.

Phan-
tasia cur
falsa est
qua non
sunt in-
gat.

Opinari
est exi-
stimare
vt di-
citur in
esse in
nobis.

Opinari autem & existimare, hoc est rationali notitia comprehendere, in nostra potestate non est. Quod non ita accipias, quasi ab extrinseco obiecto præsentem pronocari nos oporteat, nec à nobis ipsis intrinsicè ad intelligendum excitemur. Hoc enim tum ijs, quæ antea dicta sunt, aduersatur: tum ijs maximè, quæ habentur in tex. 60. libri secundi; vbi contraria planè extat sententia, intellectum hoc nomine distingui à sensu, quòd intelligere in nobis est, cum volumus, sentire autem non item, sed obiecto præsentem opus est. Verùm idcirco pronuntiatum intelligas, quoniam hæc actio non tam latè patet, neque tam liberè, vt phantasia actio, vagatur per omnia. Sed in ijs versatur solis, quæ sunt, quæque vera sunt. Quæ enim falsa esse cognoscuntur, illis assentiri intellectus nequit. Ita namque in primo libro de posteriori analysi tex. 5. dicebatur, eius, quod non est, hoc est quod falsum est, nullam scientiam esse; vt quod diameter sit commensurabilis costæ. Hoc igitur ait. Opinari seu existimare atque imaginari eatenus quidem conuenire, atque à sensu discrepare, quatenus vtrumque actionis genus absque obiecto præsentem in nobis excitatur intrinsicè. At plurimum inter se differre, quòd imaginari absque vilo assensu constat; & idè liberum nobis est quæcumque fingere, siue vera sint, siue falsa. Existimando autem necesse est verum aut falsum dicere, hoc est assentiri & iudicare, sententiamque ferre. Quare cum intellectus falso nequeat assentiri; non nisi ea, quæ vera putantur, existimare aut opinari po-

test. Namque si falsa interdum opinamur, vt cum falsum nobis persuaderetur; propterea opinamur, quòd vera esse putemus. Falsa autem, quæ falsa esse cognoscimus, opinari prorsus non possumus: sed simulata solum fortasse oratione effari, vt Themistius & Philoponus inquirunt. Quare cum veritas in conformitate cum rebus ipsis consistat, neque res ipsæ in nostra sunt potestate, ne opinari quidem aut existimare positum in nobis est: sed à rebus pendet, quæ aut sunt aut esse videntur.

Alio etiam modo hæc verba interpretabitur. Phantasia operatio penes nos est quando volumus: quòd est vniuersi rei occurrat imaginem tamen repellere possumus atque alio modo, vt libuerit, imaginari. At non ita se habet existimare aut opinari. Immo quod vt verum fuerit propositum, repellere intellectus non potest, & aliud quodcumque existimare aut opinari; sed illi planè cogitur assentiri. Contra falso assentiri non potest; sed repellere illud cogitur, atque ab eo penitus dissentire. Hoc nimirum illud est (opinari non est in nobis scire). Etenim falsum & verum dicere necesse est: id est non licet nobis opinari quodcumque volumus, sicut imaginari licet: sed id solum, quod ratio persuaserit. Nam si verum ostendat, assentiri necesse est ac verum esse opinari. Sin falsum, dissentire & tanquam falsum existimare atque respicere.

Illud etiam obseruabis hoc loco, quod Simplicius ait, phantasia à philosopho in memoratrice facultate reponi; ex capite primo lib. de mem. & remin. acceptum fuisse. Etenim eo loco philosophus phantasia idem esse cum memorabili tradidit, eaque memorabilia esse per se, quorum est phantasia: & idè eandem facultatem esse memoriam & phantasia, quæ circa hæc versantur. Ex quo intelligas, quantopere ab Aristotelis & peripateticorum vera sententia plurimi abint, qui tum distinctas re facultates faciunt; tum in distinctis eas organis ac partibus cerebri, anteriore ac posteriore, ponunt. Sed de hoc post pluribus.

TEXTVS.

Εἰτι δὲ, ὅταν μὴ δὲ ἀσπιδοῦ δεινὸν τὸ φερόμεν, εὐδὲς αὖτε πῶς φερόμεν. ἔμελλε δὲ εἰς τὸ ἴδιον ἀπὸ τῆς αἰσθητικῆς ἀσπιδοῦ φερόμεν, ἀσπιδοῦ αὖτε οἰσθητικῆς ἐν γὰρ τῷ δεινῷ φερόμεν ἀπὸ τῆς αἰσθητικῆς.

Ad hæc autem cum graue aliquid aut terribile tam opinamur, compatimur illud. Similiter verò est res sit eiusmodi, vt confidendum sit. Per phantasia autem perinde habemus, atque illi, qui in pictura timendas res aut confidendas intuentur.

COMMENTARIUS XLVI.

Cum Simplicius hoc loco probatum fuisse credit, existimationem cum assensu esse; quia qui existimat, credit rem ita esse, & idè perturbatur

perturbatur animo : probationem non necessariam induxit ; cum id vel ex ipsa voce constaret. Quid enim aliud est existimare, quam credere & accipere rem ita se habere ut comprehenditur ; & veram aut falsam esse iudicare ; & iam in superiori argumentatione acceptum fuerat, existimationem verum & falsam dicere. Neque hanc propositionem nunc confirmari, prima illa verba testantur (Ad hanc autem) quae novam procul dubio argumentationem aggrediuntur.

Ergo hoc alterum est argumentum, quo id ipsum probat, phantasia scilicet ab intellectu diuersam esse; eodemque modo, quo antea, opinionem pro existimatione proque omni rationali cognitione, speciem pro genere accipit. Cum graue aliquod malum, atrocemque ac formidabilem cladem impendere nobis opinamur, compatimur statim ; ac simul cum opinione affectus is animi excitatur, quo timemus, contristamur, & toto etiam corpore perhorrescimus. Contra si magnum quodpiam bonum & insigne commodum atque emolumentum animo concipiamus & euentum speremus ; gaudemus in sinu, confidimus, gestimus, extollimur. Quoniam vero in his Aristoteles non adiunxit quo affectu permoueamur : sed solum dixit (similiter vero si confidendum quidpiam sit) ; illud ipsum (compatimur) subintelligendum est. Ex quo manifestum est, verbum illud (*συμπαροίημι*) non specialem commiserationis affectum significare, qui malis & aduersis euentibus excitari solet ; ut Albertus & Latini ferè interpretantur. (is enim *ἔλεος*, & misereri *ἐλεῖν* dicitur in secundo Rhetoricor. lib. capite 8. ubi de hoc affectu agitur) sed quasi generalem affectum per motionem *ἀπό τοῦ πάθος*, quod animi affectum quemuis significat.

Ut hæc sit orationis sententia. Cum opinamur quidpiam, siue malum, siue bonum ; cum intellectus & mentis opinione afficitur simul appetitus, atque in eo perturbatio timoris quapiam, aut spei, tristitiæ, aut gaudij, aliæ quæuis, excitatur. At cum hæc imaginamur duntaxat & per phantasia nobis proponimus atque effingimus ; eiusmodi nullus commouetur in nobis affectus ; sed perinde habemus, ac si ea in pictura quapiam spectaremus. Ut enim dum lupum, Vrsum, leonem, bella, excidia, victorias, triumphos, demolitiones urbium in tabella spectamus ; nihil afficimur : ita prorsus euenit cum imaginamur. Ex quo intelligas, ad phantasia vim explicandam aptissimum fuisse & ex Aristotele sumptum pictoris illud exemplum, quo antea Themisti vsus est. Cum igitur tantopere diuersa sit vis & operatio opinionis & phantasia, eas conspicuum est vnâ & eandem rem non esse.

Iam verò tota hæc argumentatio ex eo vim habet, quod phantasia rem solum apprehendit, illiuique imaginem ac simulacrum proponit ; non item cognoscit ut malam aut bonam, ut noxiam aut commodam ; nullum assensum habet, neque verum dicit aut falsum, neque componit aut diuidit, neque omnino iudicat rem ita esse ut apprehendit. Opinio habet hæc omnia. Et in bestiis quoque operatio illa, qua in-

entiones non sensibiles, ut esse amicum aut inimicum, vile vel noxium, & id genus alia percipiunt. Nec enim perturbationes & affectus, qui in appetitu vigent, simplici rei apprehensione commouentur. Sed eo duntaxat tempore excitantur, quo ea apprehenditur ut mala vel bona, noxia vel quæ compendium nobis aliquod sit allatura. Nam tum demum aut timor & tristitia, aut spes & gaudium adsunt. Ad ea verò, quæ sola effinguntur phantasia, perinde habemus, atque ad ea, quæ non vera nec in rebus profus existunt. Etenim non quatenus inalarum aut bonarum rerum, immò nec omnino rerum imagines sunt, circa illas phantasia versatur : sed absolute & perse, ut imagines sunt, eas fingendo. Quæ verò affectum mouent, res sunt, non imagines rerum : neque res ipsæ ut res sunt, sed ut malæ aut bonæ, noxiæ aut viles.

Hoc picturarum exemplo significauit philosophus. Quippe leo pictus omonymè, non verè, leo est : propterea eo viso vel timemus : immò ea, quæ in phantasia sunt, minus, quàm ea, quæ picta sunt, formidamus. Quoniam ea, quæ sunt ficticia, minus vera sunt, quàm ea, quæ picta. Quod si in somniis, quæ phantasia opera sunt, perterreamur interdum, timeamus, aut latemur ; idcirco id fit, quòd visa illa tanquam præsentia proponantur, ac phantasia velut sensu circa rem veram vtamur ; non animaduertentes esse somnium. Aut etiam somniantibus æstimationis vel opinionis actio soluitur ; quæ illa iudicentur ut vera.

TEXTVS.

Εἰς δὲ τὸ αὐτὸς τῆς ἀπορίας διαφορᾶς, ὁμοίω, ὁ δὲ ψα, ὁ ὁμοίω, ὁ τῆς ἀπορίας τῆς ἀπορίας, ἀπὸ τοῦ τῆς ἀπορίας ἔρως ἔρως λέγεται.

Sunt autem & ipsius existimationis differentia, scientia, & opinio, & prudentia, horumque contraria. De quorum differentia alius erit sermo.

COMMENTARIVS XLVII.

QUod hic de existimationis diuisione adiungitur, quorsum pertineat non satis apparet. Certè Philoponus superioris probationis, qua phantasia ostensum est ab existimatione differre, tanquam conclusionem hæc accipit : eamque hanc esse. Habet sanè differentias plures existimatio, sed de illis post dicitur : nunc phantasia ostendendum est à sensu quoque diuersam esse. Verùm si vel aliud spectasset Philosophus, ne opus quidem erat hoc loco id addere, aut differentias ipsas commemorare ; sed statim ad alteram probationis partem transire poterat.

Ego tribus modis accipi posse arbitror. Primo, quemadmodum intellexit Simplicius, ut existimationis hæc nunc partitione propterea faciat, quasi totius superioris probationis clausur-

Phantasia

Opinio

Abili

am; vt eum in ea vsus sit opinionis nomine, speciem se pro genere nominalle, totamque illam probationem de existimatione vniuersa intelligendam esse significet. Et rursum vt existimationem ostendat se pro rationali quavis actione accepisse. Idcirco enim eandem nunc *ὑπολήψεις* seu existimationis partitionem facit, quam *ὑπόθεσις* in tex. 152. fecerat in scientiam, prudentiam, & opinionem rectam: vt tantundem valere & æquè latè patere vtramque significet; & idèò phantasiam omnino ab intellectu & omni eius operatione diuersam esse. Altero modo, vt sit tertium argumentum, quo phantasiam probet ab existimatione intellectuq; distingui. Existimatio plures ac diuersas species habet inter se differentes, scientiam, opinionem veram, prudentiam: & harum contrarias, incitiam seu deceptionem, opinionem falsam, & imprudentiam: phantasia nullas habet; non sunt igitur idem phantasia & existimatio. Tertio, vt locum vtrumque complectatur; simulque tum argumentum tertium adiungat, tum existimationis partitione facta phantasiam concludat ab omni mentis actione fuisse distinctam. Vbi autem opinionem nominat, opinionem rectam seu veram intelligendam esse constat. Tum quia in eodem ordine cum scientia & prudentia commemoratur. Tum quia eadem est partitio, que antea facta fuerat, quando apertè opinionem rectam nominauit. Tum verò etiam quia contraria quoque subiungit: nimirum scientia contrariam incitiam, prudentia imprudentiam, opinioni rectæ & veræ eam, quæ non recta est, sed falsa. Neque has *ὑπολήψεις* species alio modo accipias, quàm *ὑπόθεσις* partes superiùs enumeratas: siquidem hæ voces nunc tantundem valent. Itaque scientia certam & theoreticam cognitionem significat; prudentia certam & practicam; opinio in vtroque genere probabilem.

Quam porò exactiorem harum tractationem pollicetur, non in alium librum reservari, sed in posteriore huius ipsius libri partem differri putat Philoponus. Aueroës in librum de sensu & sensili. Veriùs fortasse Simplicius, Albertus, & S. Thomas, in libros de moribus ad Nicomachum; in quorum sexto de illis deserit.

TEXTVS.

Περὶ τῶν ὑπολήψεων, ἡμῖν ἔτι πρὸς τὸ αἰδιωμένον, τίς ἐστι τὸ ἰδίον φαντασία, καὶ τίς ἐστὶν ἡ ἀπολήψις, καὶ τὸ φαντασίαν διορίσασθαι, ἕως ἄρα τῶν τριῶν ἀπολήψεων.

Tex. 155

De intelligere autem, quoniam aliud, quàm sentire: huius autem hoc quidem phantasia esse videtur, illud verò existimatio: vbi de phantasia definiuerimus, ita de altero dicendum erit.

COMMENTARIVS XLVIII.

Quam ob causam hæc Albertus ad antiquos referat, planè non assequor. Postquam. n. ostensum est intelligere aliud esse, quàm sentire: alium nunc ait tractandi modum institui, propter

veteres quosdam philosophos, qui phantasiam inquiebant intellectionem quandam esse; intelligere partientes in phantasiam, opinionem, & scientiam. Et idèò cum demonstratum fuerit phantasiam nec opinionem esse, nec existimationem; iam considerari, num ea omnino intellectu quæpiam. Etenim nulla profus est antiquorum mentio. Græcique omnes interpretes hæc ex propria philosophi sententia dicta exposuerunt. Immo in superiori disputatione ostensum est phantasiam ab intellectu diuersam aliudque esse imaginari, aliud intelligere: nec minque existimationis & opinionis adus connes rationalis partis complexus est. Veteres autem illi, qui cum sensu intellectum confundebant, an non antea satis confutati sunt eorumque sententia procul abiecta?

Aueroëm quæque asserentem post exemplum sermonem de sensu nunc primùm agi in phantasia vehementer miror. Siquidem non pauca hæcenus de illa fuerunt tradita. Itaque illud nos meminisse oportet, quod in tex. 151. propositum est, phantasiam tum à sensu, tum à dianæ intellectuque diuersam esse. Nam cum altera solum pars illius propositionis probata post fuerit; ostensumque eam ab opinione, existimatione, & omnino ab intellectu differere verè à Philopono dictum fuisse cognouimus alteram deinceps partem demonstrari; phantasiam scilicet diuersam esse à sensu: vt quid tandem sit definiti queat. Vbi si labore Philoponus, Aristotelem videns in irrationalis anime facultatibus distinguendis immorari: propterea laborat, quòd totius huiusce libri scopum solum rationale & intelligentem animam esse putat; neque de irrationalibus in eo agi, nisi vt à rationalibus secerantur. Neque aliud habet quidquam, quod respondeat; nisi hanc nunc disputationis partem adiungi, vt perfecta sit oratio, neque quid intactum relinquatur: aut quia phantasiam deinceps ab opinione & sensu distincturus est. At si ita esset, ex accidenti solum de irrationalibus huius facultatibus ageretur: cum tamen non minùs per se, vt in sensu anime, sic ad tractationem, quæ de anima est, pertineant.

Ego vt initio proposui, totius libri tractationem, etsi primariò rationales facultates spectet, per se tamen reliquasitem, que explicandæ supererant, irracionales complecti; que non minùs, quàm illæ, facultates & partes anime sunt: ita nusquam hac difficultate premor. Vt igitur phantasiam separaret à sensu, & omnino quænam anime facultas sit constitueret: primum diuisionem illam cognitionis repeti in *νοῦν καὶ αἰδιωμένον*, quam in tex. 150. acceperat. Tertium autem diuisionis membrum (*τὸ ἰδίον*) prætermittit: quòd ad rem iam præsentem non pertineret, aut certè minimè necessariam foret. Deinde *τὸ ἰδίον* in phantasiam partit & hypolepsim. Ex quo manifestum est, *τὸ ἰδίον* ita hoc loco vsurpari, non vt intellectum proprie dictum significet; sed operationem quamvis in sensu distinctam, qui non nisi præsentem atque incurrente obiecto ad sentiendum pertinetur. Sic enim tum phantasia *ὑπόθεσις* quedam est & intellectio, tum verò hypolepsis; altera in irrationali

Phantasia ab intellectu diuersa esse.

Dante

in irrationali & sentiente anima parte, qua paulo ante dicebatur integrum nobis esse imaginari quando volumus, etiam nullum adfit obiectum: Altera in rationali & intelligente, qua ubi collibitum fuerit intelligere in nobis est, quemadmodum in tex. 60. superioris libri proditum est. Et appositè adnotavit Simplicius, intellectiois eius hanc esse diuisionem, quæ anima est; non præstantioris intellectus, qui absolute consideratur & separatis mentibus conuenit. Ea enim neque phantasia est, neque existimatio; sed melior & diuiniore actio.

Phantasia Phantasia porro non veterum, sed propria sententia, quæ quandam appellari non solum ex superiori oratione licet colligere, ubi τὸ νόον eo intellectu usurpauit, ut phantasiam quoque & cognitionem omnem comprehenderet. Verum multo magis ex consequenti tractatione. Quippe in tex. 20. libri tertij phantasiam passiuum intellectum dicit: & in tex. 48. duo in animalibus mouendi principia, appetitum & νόον; si quidem in bestiis quoque phantasia veluti νόους quædam incit. Rursum in libro de animalium motu cap. 3. cum animal affirmasset tum diæna moueri, tum phantasia; electionem, voluntatem, & cupiditatem; hæc omnia inquit ad νόον καὶ ὁρμήν, ad intellectum & appetitum reuocari; phantasiamque eundem cum intellectu locum tenere. Denique ex hoc ipso loco potest idem intelligi. Nam cum phantasiam ostendisset ab intellectu propriè dicto diuersam esse; ac postremis tandem verbis existimationem, hoc est intellectioem verè dictam, in scientiam, opinionem veram, & prudentiam, earumque contrarias partitus esset: statim adiungit (De intelligere autem) ampliori scilicet significatione si loquamur; illud sanè in phantasiam & existimationem diuidit. Atque hoc modo intellectus quidem est phantasia, quo ut in tex. 32. libri secundi dicebatur, administratur & regitur bestiarum vita, quemadmodum nostra intellectu illo, qui verè & propriè nominatur.

Propterea de vtroque dicendum est. Primum tamen de phantasia: tum quia pluribus animalibus communis est, siquæ natura prior, & intellectus propriè dicti adiutrix & famula. Tum vero ut inchoata illius consideratio perducatur ad finem. Et cum ostensum sit, eam ab illo, qui verè intellectus est, differre; constituatur, num à sensu item diuersa sit, velut inter vtrumque facultas media. Huc enim duæ illæ diuisiones spectant: altera cognitionis vniuersæ in intellectioem & sensum; Altera intellectiois in phantasiam & existimationem. Ut inueniretur id, quod quærebatur: quid inquam phantasia, quodque operationis genus, & cuius animæ partis sit. Quod sane vel ipsa Philosophi verba testantur: quibus de phantasia primum dicendum esse subiungit; & ita dicendum, ut quid ea sit definiatur: deinde de existimatione quoque agendum.

Phantasia porro non veterum, sed propria sententia, quæ quandam appellari non solum ex superiori oratione licet colligere, ubi τὸ νόον eo intellectu usurpauit, ut phantasiam quoque & cognitionem omnem comprehenderet. Verum multo magis ex consequenti tractatione. Quippe in tex. 20. libri tertij phantasiam passiuum intellectum dicit: & in tex. 48. duo in animalibus mouendi principia, appetitum & νόον; si quidem in bestiis quoque phantasia veluti νόους quædam incit. Rursum in libro de animalium motu cap. 3. cum animal affirmasset tum diæna moueri, tum phantasia; electionem, voluntatem, & cupiditatem; hæc omnia inquit ad νόον καὶ ὁρμήν, ad intellectum & appetitum reuocari; phantasiamque eundem cum intellectu locum tenere. Denique ex hoc ipso loco potest idem intelligi. Nam cum phantasiam ostendisset ab intellectu propriè dicto diuersam esse; ac postremis tandem verbis existimationem, hoc est intellectioem verè dictam, in scientiam, opinionem veram, & prudentiam, earumque contrarias partitus esset: statim adiungit (De intelligere autem) ampliori scilicet significatione si loquamur; illud sanè in phantasiam & existimationem diuidit. Atque hoc modo intellectus quidem est phantasia, quo ut in tex. 32. libri secundi dicebatur, administratur & regitur bestiarum vita, quemadmodum nostra intellectu illo, qui verè & propriè nominatur.

Propterea de vtroque dicendum est. Primum tamen de phantasia: tum quia pluribus animalibus communis est, siquæ natura prior, & intellectus propriè dicti adiutrix & famula. Tum vero ut inchoata illius consideratio perducatur ad finem. Et cum ostensum sit, eam ab illo, qui verè intellectus est, differre; constituatur, num à sensu item diuersa sit, velut inter vtrumque facultas media. Huc enim duæ illæ diuisiones spectant: altera cognitionis vniuersæ in intellectioem & sensum; Altera intellectiois in phantasiam & existimationem. Ut inueniretur id, quod quærebatur: quid inquam phantasia, quodque operationis genus, & cuius animæ partis sit. Quod sane vel ipsa Philosophi verba testantur: quibus de phantasia primum dicendum esse subiungit; & ita dicendum, ut quid ea sit definiatur: deinde de existimatione quoque agendum.

TEXTVS.

Εἰ δὲ ἔστιν ἡ φαντασία, καὶ τὸ νόον, λέγουσιν φαίνεσθαι τὴν φύσιν ἡλοῦσαι ἐν αὐτῇ, εἰ πὶ καὶ μεταποσθῆναι ἀπὸ αὐτῆς, καὶ τὸ πῶς αὐτῆς ἐπιπέσει, καὶ τὸ πῶς αὐτῆς ἐπιπέσει, καὶ τὸ πῶς αὐτῆς ἐπιπέσει, καὶ τὸ πῶς αὐτῆς ἐπιπέσει.

Si igitur phantasia est, quæ phantasma aliquod fieri nobis dicimus; & non si quid per translationem dicimus; una quædam est horum facultas aut habitus, quod iudicamus, & vera percipimus aut falsa. Hæc autem sunt, sensus, opinio, intellectus, scientia.

COMMENTARIVS XLIX.

Facultatum animæ quinque omnino genera in superiori libro posita sunt; vegetans, lentiens, appetens, mouens, intelligens. Aristoteles in phantasia natura peruestiganda immoratus nequaquam est eam probando non esse de genere vegetantiū, appetentium, mouentiumue facultatum. Sed solum ut à sensu & intellectu distingueret. Quoniã cum eam constet cognoscentem esse virtutem, quoniam cognitio aut sensu aut intellectu comparatur. Reliquæ facultates ut cognitionem non habent sic ad earum genus phantasiam certum erat non pertinere. Accedit, quod vegetantes plantarum sunt ac stirpium propriæ; in quibus phantasia nulla. Appetitus & motus posteriores phantasia sunt, quibus res phantasia perceptas atque interiori sensu aut intellectu indicatas bonas aut malas, vel appetimus, vel respicimus, motusque prosequimur aut vitamus. Quæquæ accuratè ac diligenter virtutis huius naturam inuestigaturus, ne eam quidam probationis partem penitus prætermittit. Namque velut principio à nominis notatione aut explicatione facta, & verò etiã absoluto statim eo quod proposuit, quid phantasia sit definiendū, esse; dum eam ex proprio ipsius obiecto atque actione definit, sicut singulos antea sensus ex obiectis & actionibus suis definierrat; phantasiam accepit appellari; qua phantasma aliquod in nobis gignitur: Indeque conficit cognitricem ac iudicatricem quampiam facultatem eam esse: Profectò probat ad alterum horum duntaxat generum, non item ad tria reliqua pertinere illam posse: aut inquam ad sensum, aut ad intellectum. Quod eò magis disputandum erat atque examinandum; quod cum antea ostensum sit eam intellectum non esse, ad sensum rejici; ac rursum cum intellectum quemdam esse dictum sit, à sensu ad intellectum reuocari videbatur. Propterea generali magis facultatum cognoscentium partitione facta, qualisnam phantasia sit inuestigat.

Partitur autem in sensum, opinionem, intellectum, & scientiam. Sensum Albertus eum intellexit, qui communis dicitur: At nisi generali magis acceptione sumatur pro facultate omnique circa præsentia solum obiecta versetur atque ab illis excitetur; imperfecta diuisio fuerit, quæ non omnem cognoscentem virtutem comprehenderit: minusque generalis & sufficiens probatio, quæ phantasiam non ab omni sensu omnique alia facultate separauerit. Opinio cognitio quæuis est per probabile medium comparata circa ea, quæ aliter esse possunt. Scientia cognitio omnis ex necessaria causa. Intellectus demum intelligens hoc loco facultatem non significat (neque enim hanc cum opinione & scientia quæ illi

Phantasia sensum sentientem esse virtutem.

Cognoscens facultatum partitio.

BBBB

cognitiones sunt, comparasset) sed aut iudicio Auerois & S. Thomae primorum principiorum habitum, qui opinio & scientia melior est; quique nunquam est falsus, quemadmodum interdum opinio: aut quamvis vel simplicem apprehensionem, quae causa non conficit: & utroque modo scientiae & opinioni opponitur, quod illae coniunctae sunt, complexaeque cognitiones, atque ex principijs & causa deducuntur.

Plures sanè sunt cognitionis modi, pluresque habitus intellectus. Sed quòd hos solos commemoret, causam fuisse dicit S. Thomas; quoniam in nondum essent eo tempore cogniti; Verùm hi duntaxat quatuor: quorù intellectum vnus, scientia dualitatis, opinio eternarij, sensù quaternarij esse Plato prodiderat. Quòd intellectus cognitio simplex sit, nò per causam; scientia à principijs ad conclusionem; opinio his formidinem addat oppositi; sensus demum circa corpora versetur. Poterat meminisse in sexto Ethicorum lib. de pluribus alijs ab eo actum fuisse. Potior illa est ratio, quòd hìc non de habitibus, vt in sexto illo libro; sed de animae facultatibus ageretur. Nec reliqui habitus ad rem presentem essent, neque vllà cum phantasia similitudinem haberent. Sapientia enim circa altissima, prima, & diuina, quae phantasia non habent, versatur: aut certè ex intellectu & scientia constat. Prudentia & ars actionem & effectiorem dirigunt: phantasia non item. Si igitur haec cognoscendi quidpiam facultas est, aut sensus erit, aut opinio, aut scientia, aut intellectus, aut aliqua virtus alia ab omnibus hisce distincta. Deinceps autem nullam illarum esse demonstrans, tanquam ab omnibus diuersam constituet.

Phantasia per translationem quid.

Quod autem spectat ad verba; eum de phantasia proprio significato sermonem esse admonet, nò de ea, quae per translationem appellatur: siue haec cum Philopono intelligatur ea, quae in nobis vel nolentibus à rebus ipsis interdum figuratur: siue cum Alberto intellectus, qui est cum phantasmate: siue cum Auerois sensus falsus. (Sic enim cum aliquid verè non videmus aut audimus, sed videre audire nobis videmur; dicit nobis quispiam; Imaginaris te videre aut audire) siue demum cum Themistio, Simplicio, & Alexandro, tum intellectus, tum sensus; quibus aliqua videmur nobis nò nunquam cognoscere, quae verè nò cognoscimus: perinde sanè fuerit. Siquidè ab his omnibus propria phantasiae acceptio distinguitur, qua vim eam significamus, qua nos ipsi rei cuiuspiam vel absentis, & verò etiam falsae & quae in rerum natura non subsistat, phantasma, idolum, simulacrum, & imaginè pro libito ac voluntate nostra interius effingimus ac formamus.

Phantasia proprie quid.

Dum autem eam ait esse facultatem quampiam aut habitum, quo iudicamus & verum ac falsum percipimus; minimè aduersatur ijs, quibus eam antea hoc nomine ab intellectu distinxit; quòd integrè nobis sit imaginari, siue verè, siue falsum; non item opinari & existimare. Quoniam phantasia sine assensu operatur, solas fingit imagines; neque iudicat, num verè illae sint, an falsae. Intellectus autem assensum adhibet ac veritatis falsitatisque iudicium. Etenim generaliori nunc significatione iudicium nominat pro quavis rei cognitione, atque apprehensione, sine qua sanè imaginum efformatio illa non est, atque ita sensuum

Phantasia ut verum habeat aut falsum.

quoque iudiciù dicimus. Non propria magis, quae affirmationem & negationem atque omnino compositionem habet, dum hanc veram aut falsam esse rei imaginem enuntiamus. Hoc namque phantasiae non est sed solius intellectus. Eodem modo vera aut falsa percipimus. Materialiter quidem phantasia, cum veras aut falsas imagines rebus, quae sunt, aut nò sunt effingimus: formaliter autè intellectu, dum cõparamus, nostramque cognitionem rebus conformem aut non conformem esse intelligimus, & veram aut falsam imaginem esse discernimus. Neque enim phantasia circa imaginem versatur quatenus imagines sunt, & ad res ipsas referuntur, sed absolute, per se, & seorsim à rebus, quatenus contemplabiles solum sunt & ab ipsis formabiles.

Sanè inter easdem facultates sensum quoque commemorat: qui tamen nec aliud iudicium habet, quàm simplex, nec veritatem aut falsitatem, nisi materialem, dum obiectum re: aut factus, cognoscit. Itaque verum est, tum phantasmatum sensum, alium esse verum, alium falsum. At falsum est, eum diiudicare, seu cognoscere verum à falso. Nam horum alteram solum facultatis actionem rebus conformem aut non conformem significat. Alterum verò illius cum externis rebus comparationem & coniunctionem adtingit: quae neutri conuenit facultati, quoniam utraque simplicem habet operationem: minime verò phantasiae, quae non ad externa, vt sensus & opinio, sed ad interna solum desinit, nec foras se illo modo porrigit.

Facultatem praeterea & habitum dixit: Simplicij quidem interpretatione phantasmatum facultatem esse, hoc est essentiali charactere & differentiam animae (quippe is facultates non animae additas, sed partes eius essentialis esse censuit) tum habitum seu dispositionem, quam operando induit rerum diuersarum imagines inscipiendo. Verè autem vel facultatem appellans virtutem & potestatem animae phantasmatum productricem: habitum verò eandem vt ea iam produxit atque illis instructa est. Vel utramque vocè; nominauit propter illa quatuor, quae subiungenda erant. In quibus sensus facultatem significat, opinio, intellectus, & scientia habitum potius facultati additum. A quibus omnibus num phantasia diuersa sit, consideranda est.

Diaptesis XI. Quid sit Phantasma.

EX hoc loco, vbi Aristoteles siue nominis notatione posuit, siue ex obiecto proprio & actione (vt Simplicij putauit) phantasia definitur: facile intelliges quid sit phantasma. Non inquam esse formam aut speciem obiecti sensilis ab ipso in phantasia impressam dum sensibus exterioribus cognosceretur; ibique conseruata; vt Latinorù plerique loquuntur. Sed imaginem vel idolum exterioris obiecti à phantasia effictum ac formatum, seu ipsammet phantasiae actionem, quatenus obiecti cogniti imago quaedam est & similitudo. Quod enim illi autumant, tum ex eo confutari potest, quòd si ita esset, simulacra forerint nobis etiam imaginereur phantasia. Imò plurima simul ac diuersissima & verò purgantia inessent phantasmata. Deinde vos ipsa indicat. Quippe phantasma dicimus velut idolum